SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA

Italien (?), 3. Viertel 15. Jh.

Seite 128r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

De Job elemosinas faciente. De thobie nudo
uestiente. De sancto christofero debiles transe-
unte. De sancto Juliano in hospitali pauperes recre-
ante. De sancto paulino se ipsum dante. De Tercio

Tercium quod ad caritatem incitat motiuum ad caritatem .xlvj.
incitatiuum est commodum maximum
dum per caritatis donum ad fructum perue-
nire contingat eternum quia in ea consistit omne
uite meritum et breuiter omne bonum quod remunera-
cione est dignum. Veniunt enim nobis omnia bona
cum illa nec malum dampnabile est potest
ubi caritas est quia cum ea semper deus est. Unde cum
cetere uirtutes bonis et malis possint esse communes
Caritas non nisi sanctorum est quia deformis esse non potest
Notandum igitur ante omnia est quod caritas omnium
uirtutum quamuis non sit forma ipsa nullius de-
formitatis est susceptiua potest enim per peccatum
ab anima tolli Sed numquam potest deformari. Exemplum
accipe in igne qui potest ab aqua extingui sed
numquam infrigidari. Exemplum etiam ex hac causa sitie
in calibe qui potest prius frangi quam plicari hoc
de iunio certissimum est ut rumpi possit sed plicari
non possit. Dicitur de uincurno quod tantae est magni-
animitatis ut occidi possit sed captus teneri non
possit. Et ideo caritas quantum est de se semper ardere potest
et numquam deficere. Est enim similis illi gemme abeston
appellate que si semel incendatur numquam extingui-
tur. Absistus etiam est alia gemma ueneris ruben-
tibus distincta que igne calefacta caloris accep-
ta septem diebus est seruatiua. Per septem dies
omnis uita hominis intelligenda est in qua semper caritas
in anima ardet quamdiu in se est. Est ergo caritas uice de-
natiuam habet uirtutis ut frangi et tolli per contrarium
possit sed plicari pro deformacione non possit. Sed
in patria non solum non poterit non plicari
Sed nec potest contrario ullo tolli ubi nec contrarium